

HYGEA MARTIA

Supremis in arte Medica honoribus,

quem DOCTORATUM vocant,

CLARISSIMORUM ATq; EXPERIENTISSIMORUM

JUVENUM

MARTINI FRIDERICI *Fries*/LIPS.

ET

ANTHONI GUNTHERI *Friederich*/
Oldenburgensis

Sacra.


LIPSIÆ

III. Idus Novembres

A. E. C.

clb lbc LVIII.

Typis JOHANNIS ERICI HAHNII.

 Asta fave, & nostris fac gaudia propria
muris, (rentis

Quæ concessa parant, nec læti festa pa-

Pullo infuscari texto patere orgia, vel Te

Præcipitem toto detrudi corpore regni,

Aut matrem charorum obitus lugere Minervam

Fatalesq; vias atq; irremeabile stagnum.

Ac mihi, si nullas temeravimus illius aras

Carmines, non vano nunc omine dicere laudes,

Diva, tuas liceat, quasq; hostica in agmina clades

Formidanda struis felici prodere versu,

Et benè speratis cantu præludere rebus.

Coeperat antiquum Auctūnus renovare dolorē,

Et vetus ingenium prodens ad prisca reverti

Jurgia, cognatasq; odijs animare cohortes.

Jamq; in mortales teter sese halitus oras

Faucibus effundens supera ad convexa ferebat,

Et sævam Tellus proflabat aperta Mephitim

Mensis in obsequiū. Qui postquā incensus ab arce

Extulit armorum signum, simul omne tumultu

Morborem trepidat genus, & se nutibus offert

Indignantis heri. Jam corpora quæ verq; verq; horror

Concutit, immodicusq; calor depascitur artus

Incertus dubiusq; sui: jam turgidus Hydrops

Se parat, & fauces stringens Angina patentes,

Et Furor, & costas Dolor intestinaq; rodens,

Asth.

83

Asthmataq; & Tabes, & anhelos pectore Tusses,
Et frontem caperans Moeror, loligine natus,
Et pestes reliquæ, damnis gens facta ciendis.
Advolat in partes stridentibus humidus Austri
Jupiter, aut ficcis verrens Aquilonibus auras,
Et nova cotidiè gignendis semina morbis
Suggerit irato, succenturiatq; maniplos.
Sol ipse imperio favet, & dum lenta peragrat
Sidera, lance gravi quæ mundo ictuq; minantur
Tristior exhaustis terrarum illabitur oris,
Accessuq; nocet. Quæ dum dea sentit, ab ægro
Pellere cui labor est contagia corpore, & artus
Servare incolumeshominum tectamq; salutem
Ergò, ait, in miseram conjurant omnia gentem
Et gravis in terras quæ spicula torqveat Annus
Semper habet: vix dum Æstatis superavim⁹ artes
Et nova jam Auctumni nos tentamenta laceffunt
Defectos jam poenè viris, & robore regni
Consumto. Quid enim? Bellone ignobile vulgus,
Quod signis passim se nostris jactat, & Orbi
Fumum ac vanidicâ vendit mendacia lingvâ,
Par erit huic tanto, vel tot venientia contrâ
Agmina firmandæ satis ornandæq; salutis?
An quibus ad medium jam dudum perdita Janum
Gonturbare fidem res jusfit, seq; catervis
Immiscere meis, tantarum momina rerum
Credenda & statu veteri instauranda potestas?
Quos nunquã Ratio, nunquam Experientia juvit,

rtis fulcra meæ, sed sola Audacia in hostem,
xpers consilii, & confidentissimus ardor.
lilit, & heu miseris tentata pericula in ægris.
ambigo, seu priscos, fortissima pectora, Celfos;
Hippocratasq; animo doctūq; Machaona volvo
invictosq; viros, quos postera secla tulere,
tam rude donatos: sive altā mente futuros
Expendo casus & fata instantia mundi,
Hostilesq; minas: Phœbine potentibus herbis
Vis erit ulla super, morbis dein apta fugandis,
An nulla ægrotos Spes respicit, & malè multos
Antè diem rapiet duri inclementia Lethi? (res
Quicquid erit, tentanda via est, quā antiqva furo-
Afferere hos contrā valeam moderamina, & Orci
Progeniem nostro longè depellere regno,
Atq; aliquā humanæ producere stamina vitæ,
Ac fati tentasse moras. Sin copia nobis
Iusta deest, virtus pugnet roburq; virorum,
Exiguos numeros quos servo, at vivida bello
Pectora. Delectos Grajorum iratus Apollo
Mille necat? Graios præstet mihi mille vel unus
Regnorum Priami everfor, validissimus Heros:
Et plus Sardinia, vel quos dat Corfica, succis
Profit olus parvum, mihi quod Trojana recondit
Pergamus, aut medicis felix Epidaurus arenis
Educat, Idæa vel nutrit Creta sub umbra.
Non numerosus erat, sed erat robustus, Athenas
Milite quo mater, populo irritata superbo,
Serva-

Servavit studiosa suas: nec clasibus æq̄va 84
Clasfis, quâ tumidum dejecit ab æqvore Xerxem,
Europæq̄ve Asiam summisit, maxima parvis,
Unius ingenio confisa atq̄ve unius arte.
Tempus erit, numero quo nos majore sequentur.
Egregiiq̄ve duces, castrisque effusa juvenus
Magnetuis MICHAEL, & docti nobilis armis
LANGIADÆ, quæ rarus habet, WELSCHIq̄; potenti
Auxilio & lectis UR SINI animosior herbis.
Nunc satis est optasse duos; populoq̄; medentum
Præposuisse rudi, & trepido occurrisse tumultu.
Dixerat. Ingenti confurgunt omnia plausu,
Auspiciisq̄; deæ Tyrio cernendus in ostro
FRISIUS, & claro majorum sanguine cretus
FRIDRICHUS prodit, genti metuendus uterq̄;
Quam dedit imbrifero pallens Autumnus
Orbis in exitium, factis illustris uterq̄;
Atq̄; olim erectis felici Marte tropæis.
Dixeris, his divam belli committere habenas,
Atq̄ve instauratis ductores ponere turmis
In morbos voluisse veneniferasq̄ve cohortes:
Et sua jam doctos mirari carmina vates.
Namq̄; bis octonis acies quadrata Magistris
Barbariem contrâ quando iret, & inclitus armis
Ætatem ille prior suprâ se ferret in hostem, (tem
Et modò Morosophū, modò Bambaliona tumen.
Sterneret in terrâ, validū modò stringeret ensem
In Lucumona gravem, divino ex ore sacerdos

) 3

Hæc

Hæc aliquis Phœbi cecinit, non inscius ævi
Venturi, & stragis dandæ non vanus aruspex:
Hactenus in Sophica se latè ostentat arena,
Nunc aliam poscit Virtus tua, Marte secundo
Qua rapidæ Febres & conjurata fugentur
Agmina morborum. Noli trepidare! Medētum
Miscebunt te signa suis ultricia turmis,
Et ductus armata tuos optabit Hygea.
Nec minus alterius se mollibus extulit annis
Excellens animi vigor, atq; exempla secutus
Majorum, hortatusq; graves, lauriq; virentis,
Plectendæ capiti, gemino exstimulatus honore
Maturè tantos alacer se erexit in ausus,
Et levibus pugnis pugnandi attraxit amorem.
Nam velut, Eleo cum jam certamine campum
Corripuereruntq; effusi carcere currus,
Jamq;ve alios alii præeunt metæq; propinqvant,
Ad palmæ rapitur per sese incensus honores
Fortis equus, solo generosi pectoris œstro;
Si tamen hortatu cursum & clamore secundes,
Ocyor it longè & felices provocat Euros:
Sic juvenem antiqvæ stimulant vestigia gentis,
Et laudum celebratus agon, famæq; cupido.
Ante alios incendit avus, quo sospite nondum
Turpe erat, ingenuas rebus præmittere Musas,
Et fari didicisse prius, quàm fanda patrare:
Nec Syrus Tiberi sese miscebat Orontes,
Aut primas juvenum curas poscebat Idume;

Sed

85

Sed nitor, & puræ regnabat gratia lingvæ,
Momentum non vilerei molisq; futuræ.
Hoc ille in spacio tacito monitore cucurrit,
Hujus ad ingenium didicit prima arma vibrare,
Et tyrocinio similem se ostendere, verbis
Sive Arpinatem audisset dulciq; loqvendi
Pondere, seu celsi numeros æqvasse Maronis,
Seu memores avidæ fastos referasse juventæ,
Et summa ignotas monstraſſe ab origine gentes
Regnorumq; vices formidatosq; Tyrannos.
Pelea sic animo verſat magnumq; Tonantem
Æacides juvenis, ſic quæ domus ardua montem
Perforat & longo ſuspendit Pelion arcu,
Clausus adhuc patria ſeſe metitur in haſta,
Et vetita antè Phrygas Lapitharum prælia ludit,
Vix ſeſe capiens, nec jam contentus, inermi
Collegiſſe manu dubiis animantibus herbas,
Aut celebraſſe lyra veteres Heroas in antro.
Nec vos veſtra capit regio indigenæq; penates,
Egregii juvenes: alias juvat ire per oras,
Et varios hominum mores variosq; locorum
Explorare ſitus. Qvis gentem langvor & unde
Vexet, quæ morbis præſtent fomenta levandis:
Quæ Gallo ſit cauſa luis, cur peſtifer Anglum
Sudor corripiat, quid viruſ tollat, & ægros
Incolumes reddat, ne te, Germania, ruruſ
Opprimat improviſa & inexpugnabilis Ate:
Qvid teneat noſtrâ diverſum Oenotria terrâ,

Qvo reparet luxata modo, qvo vulnera sanet,
Integra disponat qva Leprosoria curâ:
Belga qvid atq; auris præcellat in arte Batava,
Qvæq; sit herba potens ad opem radixq; medēdi
Utilis his oris. Neq; enim fert omnia tellus
Omnis; & in varias sese gens effera formas
Morborum vertit, Lernæâ immanior hydrâ,
Et qvas non uno proles Jove digna labore
Edomuit facies reliqvas: neq; Delphicus illi
Sufficit, aut vano gladius jactatus Agyrta
Unus in adversos omnes, multâq; fugandis
Armaturâ opus est & longâ indaginererum
Judicioq; acri. Qvali te candide FRISI
Cum rigida certare manu non tempore parvo
KUPERUS docuit, Lugduna nobilis urbe,
Artificesq; alii, sive hos decernere morbis
Terrarum dea Roma videt, seu docta coërcet
Urbs Patavi, inciso seu Seqvana continet arvo.
Teq; adeò, FRIDRICHE, potens AMENDUS in arte
Pœonia, & longo dux CONREDINGIUS usu
Pollens, KOPERUSq; sagax & MOEBIUS acer
Hostilem in cuneum: qvorū vel nuncia multum
Litera, vel prompto juvit præsentia vultu:
Et data in ancipiti consulta salubria pugna,
Qvalia vel scripto Comes ipse, vel urbe vetusta
Laudavere patres & qui rigat arva Visurgis.
Jam tunc cōspicuis, jam tunc venerandus uterq;
Spondebatq; duces animi vigor igneus, & mens,
Atq;

Atq; è longinqvis collecta scientia terris,
 Et peregrè spectata domiq; interrita virtus,
 Turbâ aliena rudi. Qvalem sub veste tegentem
 Sicam & mortiferum dulci sub melle venenum
 Olim ex Euganeis Germanas mittere in oras
 Collibus & pulchrè svasit deludere gentem
 Sannio vindictæ cupidus nummiq; dolosi.
 At reduces (vidi) solo gens pallida nutu
 Eminus expavit. Latet intrâ viscera pestis,
 Et latere ac costis se munit perfida nostris,
 Acre malum doctis, Cacum dixere minores.
 Hoc hostem ut sensit seq; illo expellier antro,
 Non aliter timuit, qvàm qvi tria rupe sub alta
 Colla canis vidit, qvem non pavor antè reliquit,
 Qvàm natura prior, laxo per corpus oborto.
 Quid cerebrũ infestans & celsam corporis arcem
 Attonitus Stupor? Ingenti cadit ipse ruina,
 Obsessumq; caput velut ictus fulmine linquit,
 Seq; dat ipse sibi poenas. Nec cætera vires
 Sustinet, aut juvenes, calidissima pectora, perfert
 Desertâ statione phalanx. Flet portitor ipse
 Horribili squalore Charon, censuqve minutus
 In ferruginea rara abdit corpora cymba,
 Et sibi jam naulum duplicari sordidus optat.
 Salvete ægrorum spes & solatia uterqve,
 Luctificiqve gregis terror! tantiqve volentes
 Muneris egregiis proferte insignia factis,
 Atq; alter Bosios, nulli virtute secundos,

FRI.

t,
 a,
 edēdi
 s
 rā,
 i
 rvo
 t
 vo.
 arte
 i
 er
 ltum
 custa
 terq;
 mens,
 Atq;



FRIDRICHOS alter referat magnosq; SLUTEROS
Et felix sobolem, Venus hoc & pronuba Juno
Audiat & Lucina favens! transfundat in ipsam
Nobiliore fatu generis præconia tanti
Æternumq; decus. Vobis se dedicat ultrò,
Fortunata dyas, & regnum credit Hygea
Martia; at in vestris spem Patria collocat armis;
Hinc Musis Philurea potens & mercibus, illinc,
Heroë at quãto! COMITE Oldenborchia gaudens
Jamq; ob servatos meditatur præmia cives
Atq; immortales designat vertice laurus.

AT TU. QVI. LEGIS. HAEC.

QVI. SPECTAS.

SI. LEGIS. AUT. SPECTAS.

MILITIAM. ESSE. VITAM. MEMINERIS.

OPPUGNATORES. MORBOS.

AUXILIATORES. MEDICOS.

ARBITRUM. DEUM.

AC. PROIN.

MEDICUM. HONORA

ET.

MEDITRINALIA. HÆC. SACRA.

AMA. SUSPICE. ÆSTIMA.

INVITATUS. VERO.

ANTIQUA. FORMULA. UTERE.

ET.

NOVUM. VETUS. VINUM. BIBO.

NOVO. VETERI. MORBO. MEDEOR.

DEMTA

DEMTA, SUPERCILIO. NUBE.
AC.
FRONTE. EXPORRECTA.
CANE.

HILARIA. SUNT.

VEL. SI. MAVIS,

MARTINALIA.

SED.

LIBERO. QVAM. MARTE. DIGNA.

EXCEPTO. UNO.

EXESSE. JUBE.

ET.

VERECUNDUM. ILLUM. HOC. PROHIBE.
DE. CÆTERO. VIVE.

SIVE. MEDICE. VIS. SIVE. MUSICE.

UTRUMQUE. LICET.

UTRUMQUE. PRODEST.

QUANDO.

MEDICO. PRÆSENTE. NIHIL. NOCET.

PRÆSENS. VERO. HIC. PLURIMUS.

ET. PRÆSENTEM. ATQVE. DEFECATUM.

ANIMUM. POSCIT.

OBSECUNDA. QVIA. PLURIMUS:

IN. ALIIS. QVIA. PLURIMUS.

NE. OBSECUNDA.

NEMO. ENIM. HODIE. NON. MEDICUS

QVOD. TU. SI. FIDEM. ABNUIS.

EXPERIRE.

ET.

POLITICO. SCHEMATE.

CAPITE. OBNUPTO. ODONTALGIAM. FINGE.

AUT. CRURE. FURIARUM. QVARTAM.

ACCURRENT. OMNES. CONSILIABUNTUR. OMNES

EXPERIMENTA. E. PERA. SUA.

PROMENT. OMNES.

FINGENT. SE. MEDICOS. OMNES. IDIOTA. SACERDOS.

JUDÆUS. MONACHUS. HISTRIO. RASOR. ANUS.

MILES. MERCATOR. CERDO. NUTRIX. ET. ARATOR.

IPSAQVE. ADEO. QVASILLARIA.

SORDIDISSIMA. FAMILIÆ. PARS.

SED



SED,

HI. HYGEAM. NOBIS. PESSUNDANT.

UT. MULTI. DUCES. CARIAM.

MULTI. COQVI. PULTEM;
MULTÆ. POTIONES. CÆSAREM.

TU. PAUCIS. UTERE.

ET.

MEDICORUM. CYATHOS. SI. VIS. BIBERE.
GRÆCA. CANTIONE.

Η. ΠΕΝΤΕ. ΠΙΝ. Η. ΤΡΙΣ. ΠΙΝ.

Η. ΗΜΙΤΕΤΤΑΡΑ.

VEL. POTIUS. PLAUTINA.

TOT. QVOT. DIGITI. SUNT. TIBI. IN. MANU.

ET. SI. VIS. PLENIUS. MERACIUS.

QVOT. SUNT. IN PEDE.

ULTRA. FAS. NON. SIT.

RELIGIO. VETAT.

AD. SINGULOS. VERO. DICITO.

BENE. VOS. BENE. NOS. BENE. ME. BENE. TE.

BENE. NOSTRUM. ETIAM. FRISIUM.

BENE. NOSTRUM. ETIAM. FRIDRICHIVM.

NAM. BENE. QVOD. FIT. A. MEDICIS.

BENE. PRECARI. MEDICIS.

TALIO. EST.

ET. QVOD. IN. APPOLLINIS. PROPYLÆO. SCRIPTUM.

ETIAM. IN. HOC. POSTICULO.

LEGI. DEBET.

ΛΩΣΤΟΝ. ΥΓΙΑΙΝΕΙΝ.

FECIT

M. FRIDERICUS. RAPPOLT.

POES. PROF. PUBL.

S. I. N. I. S.

SECRETISSIMA. TAM. I. T. A. R. E.

HYGEA M

Supremis in arte M

qvem DOCTOR

CLARISSIMORUM ATq; E

JUVEN

MARTINI FRIDE

E

ANTHONI GUN

Oldenb

Sac

LIP

III. Idus M

A. E

clb lsc

Typis JOHANNIS



M

IPS.

erich/

